

Sebastiani
natoris Vene
Reipublicæ o
Pontificem n



I aliquo
ætate sa
& exult
rit. No
nis tuæ ad sacrosan
latandum & exult
diuino nutu ineffa
omni ætate & grad
nici gregis pastore
tis nostræ quietiss
aureum seculum si
fortuna data sint c
motis: singuli sint
tim diua prudenti
beatitudinis tuæ: a
tissime susceptus:
te subleuatus abie
lari iusticia: maxie
tutum: dispositum
li tibi sunt insita
unguiculis ex di
quo tanta fuit sar

00

01

02

03

04

05

06

07

08

09

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

18

m

ri

ge

di

ne

m

m

ni

ta

)

ut

se

er

etia

mē

ita

gu

nti

ura

nt)

; In

niū

Sebastiani Baduarii equitis patritii & Senatoris Veneti illustrissime Venetorum Reipublicæ oratoris ad Alexandrum. vi. Pontificem max. in præstanda obedientia.

17. Dy. 1492.



I aliquo unq̄ tempore præscorū ue patrum ætate sanctissime ac beatissime pater lætari & exultare in pontificum creatione contigerit. Nobis in tam fausta & fœlici beatitudinis tuæ ad sacrosanctam sedem sublimatione maxime lætandum & exultandum omnibus certe uidetur. Cum diuino nutu ineffabiliq; prouidentia te pientissimum omni ætate & gradu summa bonitate patrem in dominici gregis pastorem designatum intueamur. A quo ætatis nostræ quietissimum statum & (ut rectius dicam) aureum seculum simus suscepturi: ut queq; natura aut fortuna data sint omni prorsus dubio & trepidatione semotis: singuli sint xp̄i fideles habituri: Inspectis præsertim diua prudentia innata mansuetudine atq; clementia beatitudinis tuæ: a qua nemo unq̄ aut non pie & clementissime susceptus: omniq; benignitate: summaq; æquitate subleuatus abierit. Nihilq; abs te nisi sanctum singulari iusticia: maximaq; animi moderatione actum: institutum: dispositum ue dici potuerit. Quæ omnia naturali tibi sunt insita iure: cum ea a teneris (ut Græci aiunt) unguiculis ex diui Calisti patris tui fonte auxisti: In quo tanta fuit sanctitatis doctrina: uirtutumq; omnium

plenitudo: ut uere deus unus humano in corpore crede-
dus fuerit: & ita auxiliati: ut ne dum ei merito comperan-
dus: uerum etiam anteponendus ab omnibus uidearis:
Cum & rerum gerendarum prudentia celitusque lapsa ani-
mi tui inaudita sapientia: uirtutumque omnium splendo-
re adeo polleas: ut illa etiam ipsa rerum humanarum do-
mina fortuna: quae uim magnam habere dicitur: tibi ce-
dat: locumque praestet. Letetur igitur & maxime exultet
christiana Respublica: deoque optimo immortales grati-
as agat: qui eterna sui prouidentia talem sibi & tantum
parem assignare uoluerit: quod iure etiam optimo in-
fallibili uisione preordinatum intuemur: ut eum in sue
religionis supremum Principem preelegerit: qui diuis Hi-
spaniae Regibus maxima esset necessitudine coniunctus
ob preuisa Regum ipsorum christianissima gesta pro ipsi-
us religionis conseruatione: decore: maximaque amplitu-
dine: cum incredibili animi uirtute & magnitudine glo-
riosissima belli & armorum ui: amplissimum & opulen-
tissimum Bethice Regnum per tot annorum curricula
ab infidelibus occupatum: tali & tanta gloria adepti sint
ut ab ipsa eterni uerbi humanitatis assumptione: nil glo-
riosius: nil diuinius actum intueamur. Eum praecipue
etiam preelegerit: quem orthodoxe fidei diuas institutio-
nes ne dum inuiolabili firmitate seruaturum: uerum etiam
nouis & necessariis sanctionibus supremo christiano-
rum principe dignis Petri nauiculam decoraturum mi-
nime dubitamus: ut deuotissimi omnes christicolae maxi-

ma attentione expectant: supplicesq; petunt & clamant
 quo fiet ut nulla unq̄ etas diuas laudes tuas conticescat
 Nec obliuionis caliginem uita tua formidabit: sed om-
 nium seculorum memoriam ipsa eadem semper tuebit
 eternitas: & obstupescant posteris innumeras ipas lau-
 des tuas audientes & intelligentes: eterna demum diuini
 obiecti clarissima uisione beatificaq; foelicitate gaude-
 bis. Cum latini eloquii Principis sententia: omnibusq;
 qui patriam: qui propriam religionem seruauerint: adiu-
 uerint: erexerint: auxerint: certum esse in celum diffini-
 tum locum: ubi beati sempiterno quo fruatur. Nihilq;
 esse Principi illi deo: qui omnem mundum regit: quod
 quidem in terris fiat acceptius. Nostraeq; religionis Prin-
 cipes oes & populi innumeras & immortales tibi grati-
 as habebunt. Cum nil preclarius: nil deo maximo: ipisq;
 xpifidelibus gratius: tuoq; pastoralis officio dignius: &
 religioni xpianae magis necessarium efficere possis. Vtq;
 Veneta Resp. xpianissimo suo instituto: soliteq; in sa-
 cro sanctam sedem deuotioni sepe & sepius: ne dum ma-
 ximis facultatibus: uerum & proprio sanguine compro-
 batis morem gerat: Oratores nos suos ad apostolicos
 beatitudinis tuae pedes mittendos instituit: ut illi solitam
 generalem obedientiam: omni cordis deuotione & iubi-
 latione prestemus. Sicq; facimus & prestamus: omniaq;
 Veneti Reipu. pro conseruatione. amplitudine gloria san-
 ctissime sedis & beatitudinis tuae deditissima & obse-
 quentissima pollicemur. Venetaq; Rempu. ipam nosq;

omnes clementissimis sanctitatis tuæ pedibus cōmen-
datos maxime facimus. Vtq; cēlitus lapsa beatitudinis
tuæ ad suppreum orthodoxe fidei apicem sublimatio
foelix faustaq; sit; deum ipsum optimum ; maximumq;
precamur.

**¶ Dixi in publico Consistorio: Die .xvii.
Decembris .M .cccc .lxxxii .**

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]



pro
ter
lub
cio
lia
&
qu
co
m
ur
an
tr
di
ri
n
l
u
c
t
f